

## De sancto Joanne

ab ense offert melchisedech Isaac supponitur aris. Est decollat<sup>9</sup> christi  
 baptista iohanes Petrus erept<sup>9</sup> Jacobi sub herode punitus Corpora san<sup>9</sup>  
 ctorum cum christo multa resurgunt. Tanto dulce tñ p christum suscipit amem. Secun<sup>9</sup>  
 do nota. autor in ista petit nobis manifestari gaudium sanctorum de presentia dei  
 de quo dicit beatus Hiero. Melius esset fore in profundo inferni et habere  
 aspectum sancte trinitatis quam regnare in celo et carere presentia dei. Un<sup>9</sup> tanta e<sup>9</sup>  
 leticia sanctorum de presentia dei quam nec pater noscit filium nec filius patrem. Super  
 isto verbo dicit beatus Greg. Si aliquis sanctorum videret presentiam dei in celo et sciret  
 patrem suum dñatum in inferno et posset eum liberare cum isto quam semel dimitteret  
 seu auerteret oculos a facie dei ad infernum respiciendo patrem. utique non face  
 dia iustorum. sic et tormenta malorum. Tertio nota. au. petit declarationem sac  
 tramenti quod nobis in specie panis et vini est derelictum. et de tali sacramento lo  
 co suo scilicet in sequentia de corpore christi plenius dicitur. Item nota. doctores  
 dubitant utrum sanctus iohanes abijt vel migravit cum corpore vel sine. Dicunt quod  
 cum abijt cum corpore et anima in celum et est assumptus corpore. tamen prius  
 us glorificato. et isti dicunt plura corpora sanctorum iam glorificata esse in  
 celo. et probant hoc ex isto. quod multa corpora mortuorum iam consurrexerunt cum  
 christo. sic etiam ascenderunt cum christo. de quibus non dicit scriptura quod ad  
 terram redierunt. sed eodem modo sicut consurrexerunt cum christo. sic etiam  
 am ascenderunt cum eo. tamen corporibus eorum prius glorificatis. Et hoc  
 non videtur impossibile apud deum quod iste discipulus pre ceteris sanctis  
 fuit a deo dilectus. ergo cum corpore et anima in celo est locatus. Quod autem  
 abijt cum corpore declarat ex eo quod in sepulcro eius nihil nisi manna fuit  
 inuentum. Item si corpus eius esset relictum super terram utique esset aliquis gra  
 tia querenda de eo. sicut videtur de corporibus aliorum apostolorum et martyrum. Sed Da  
 mascenus dicit quod beatus iohannes morte naturali nunquam abijt. sed corpore  
 et anima positus sit in paradiso voluptatis ubi mille anni sunt sibi tanquam  
 una dies. Ubi debet manere cum enoch et helya usque ad tempus antichristi  
 sti et postquam enoch et helyas fuerint occisi ipse beatus iohannes reliquos  
 predicatorum debet confortare et contra antichristum disputare et tandem  
 martyrii palma coronari. hoc probatur ex euangelio ubi christus dixit ad  
 petrum. sic eum volo manere donec veniam. Et est probabile quod quis ali  
 qui aliter opinantur dicentes animam beati iohannis esse in celo et corpore  
 per angelos deductum in paradysum ne executione iudeorum dilaniaretur.  
 Sed quid sit verius noscitur scrutator cordium.

Quo terminis sciendum. qualis est nomen questivum communis ge  
 neris. Item panis dicitur a pan in greco quod est totum in latino. quia  
 tota virtus nutrimenti consistit in pane.

**I**ustus tibi christe patris optime nate de omnipotentie  
 Quem celitus iubilat super astra manentis plebis  
 decus armonie. Quem agmina infantium sonoris  
 bymnis callaudant etheris in arce.

**E**st id est canticum quod cantatur ad honorem dei et ad res